



Quadragesimale

Paoletti, Agostino

Coloniae Agrippinae, 1677

Feria VI. post Dom. II. Quadragesimæ. 15. Quanta sit animæ dignitas, quæ
in vinea Evangelica repræsentatur. Et quantoperè apud Deum supra
omnia creata æstimetur.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55672)

...piti in infernum, ut accidit Epuloni, qui induba-
tur parvulus & baptizatus sepultus est in inferno. Un-
de dicitur: *Docuit Christus neminem oportere*

*terere delicias uti, neque in secularibus oblectamentis l. 4. c. 4.
degenere servare voluptatibus.* fol. 298.

S E R M O XV.
IN FERIAM SEXTAM
DOMINICÆ SECUNDÆ
QUADRAGESIMÆ.

Homo erat Pater familias qui plantavit vineam. Matth. cap. 21.

Admōdum delectabilis est bonorum
librorum lectio, & quidem quanto
est argumentum libri rariū & curio-
sius, & stylus modeste tractandi
ingeniosior, tanto magis legentium alliciunt
delectant animos. Porro nolo vos hoc mase
veritate ad tempus vestrum tranfigendum le-
gendo heretica Homeri vel Palamedis poemata:
vel Historiā Curtii, Justini, Cæli vel Flori: nec
pervolvendo Cæsarū Commentarios, aut Plu-
tarchi vitas: nec revivendo legislatorum Lycur-
gi & Solonis præcepta; nec mathematicis Eu-
clidis & Archimedis demonstrationibus studen-
do, nec speculando Aristoteliā Anaximandri,
Alicæ, vel Zoroastri: non legendo Aphorismos
Hippocratis, vel Avicennæ Canones, nec Philo-
sophiam Platonis, vel Aristotelis; nec moralia
Senecæ vel Gregorii Magni; multo minus sub-
tilitates Theologicas, Scoti, Thomæ, Bajonis,
vel Augustini: sed librum quendam vobis de-
monstrabo à divina Sapientia compositum, est
que non alius quam totam hoc universum. Hoc
est liber quidam est, in quo creatricis dextera
opera registrata conspiciuntur & in admiratio-
nem trahuntur. Hunc Librum Trismegistus in
p. Symonidi mox ut legit, hoc insigni præconio
pauca celebravit, dicendo: *Liber est hic Divinitus
scriptus & speculum Divinorum*, de quo etiam
sanctus Basilus Magnus homilia in Exam. scri-
bit: *Universa hæc mundi moles perinde est, ac liber
hæc creatus: palam prædicant Dei gloriam, illiusq;*

augustissimam Majestatem. Et Nicephorus Calli-
stus in hist. Ecclesiast. refert, quod sanctus Anto-
nius interrogatus, quomodo in Eremito solitarius
absque ulla cum libris habita conversatione sub-
sistere posset, utpote in quibus mentem pasceret,
& quorum lectione animus solitarius tempus
suum utilissimè transigeret, respondit: (Librum
suum mundum esse in quo rerum creatarum na-
turam, & Dei oracula legebat: ibi enim Dei sa-
pientiam, potentiam, & virtutem admirabatur.
O quot stupenda prodigia in hoc libro repe-
riuntur, quæ nostræ sunt contemplationi subje-
cta. Et quidem imprimis ad primum hujus li-
bri folium, terram scilicet, oculos vestros dirigi-
te, quæ miraculorum est characteribus conscrip-
ta, herbarum pulchro peristromate vestita, flo-
rum gemmis distincta, abundans fructibus,
copiosa in arboribus, opulentissima in pomis
cytricis & aureis, ac proinde omnigenarum deli-
tiarum hortulus, nec non theatrum quoddam,
in quo ad partes suas obeundas velut in scena
quadam singula quatuor anni tempora successi-
ve comparent & in publicum procedunt: cujus
denique viscera à virtute Solis fecundata, ar-
que ex mineralibus, & metallorum ætatis, seu
aurifodinis imprægnata & gravida, gemmas
pariter, argentum, & aurum parunt. Alteram
quoque chartam vertite, in ea enim incredi-
biles, quos in medio sinu locuples reservat
Oceanus, invenietis thesauros, videbitis non
tot strobilibus vestitas esse arbores, quæ in
lectæ

Handwritten notes in the right margin, including the word "dicab" and some numbers.

terre plantie aut in montibus virent & vigent, quot sunt corallorum tami, qui in scopulis Oceani nascuntur? Nec tor stilla cessante pluvia in arborum foliis pendulae conspicuntur, quot in gravido Conchyliorum situ gignuntur margaritae. Ibi innumerae videntur piscium exeretis, qui velut in campo Martio squamis argenteis armati, &c. turmatim divisi nunc, ad praelandum inter se mutuo congregiuntur, nunc insidias machinantes in abyssum praecipitantur, nunc ludendo se mutuo exerceant, nunc ab invicem discedentes, inter saxorum siltulas laticubula sua repetunt: nunc extimulante eos fame ad annonam quaerendam egrediuntur, nunc ab inimici piscatoris insidiosis retibus, ahiisque stragematibus perterriti stationes suas deserunt, & luto se immergunt. Enimvero quid tandem postea erit, ubi oculos vellos in caeli faciem defixeritis? Hic etenim humana mens attonita obstupecit, & inter torfiderum variorum splendores hallucinati cogitur: vasti illi caelorum orbis ex incorruptibili temperata nascuntur esse composito; moventur semper, nec unquam quiescunt, suisque bene regularis moribus harmoniam quandam formant ad eam suavem & gratam, ut delicata duntaxat Pionis auricula se illam audisse gloriarum possit. Respicite si tamen eum respiciendi faciem in incredibilis ejus venustas concedit) luminatum illum stellatae Reipublicae Principem, dei genitorem, universi decus, & pulchritudinem, universalis laetitiae bajulum, temporis magnitudo, de quo Anaxagoras se ad illum duntaxat contemplandum in huic mundum natum fuisse gloriarum solebat. Hesiodus quoque illius contemplandi insatiabilis, satisfactum sibi esse credebatur, dummodo instar papilionis ab ejus arboribus incinerari possit. Denique in dorum Gymnosophistae, veluti animata quaedam helioprota ab ortu diei, ad utque noctis crepusculum absque ullius palpebrae nictatione, intenuissimis oculis eum respiciunt, & adorant. Verum enim vero, o Auditores, quidquid haecenus in hoc tonus universi maximo libro vidistis aut legistis, umbra quaedam, imò nihil est, respectu delitiosae cujusdam & fructiferae vineae, in qua homo & anima humana perfecte figurantur: *Ista vinea significat animam rationalem* (inquit Guilielmus Patiensis ibidem) *quam plantavit Paterfamilias Deus in corpore humano.* Et sanctus Bernardinus de Senis romo primo scilicet sexta post Dominicam secundam Quadragesi-

mae, de Dom. milit. serm. 17. *Per hominem quendam Deus intelligitur, qui animam plantavit quando eam ad suam imaginem creavit.* Vineam hac ad eum est delitiosa & excellens, ut comae comparatae vineae Noe, Nabath. & Engaddi desolata quaedam esse videatur deserta; vinea haec à Deo plantata est, super hoc altissimum rationis sicutum: *Homo quidem plantavit vineam suam.* Porro seps vineae hujus est Angelorum circantiam nostram adhibita vigilantissima custodia, flores sanctae cogitationes, arbores virtutes (sive cardinales) vites sunt misericordiae opera; & fructus sunt opera meritoria; maxime oblique pendunt fructuum frondium vices, Rosillam succedens sanctae sunt Dei inspirationes; pluvia illam hauriens & irrigans, est pretiosissimus ille vocatus verbi sanguis. Denique pro torculari sicutum, loco tunc autem sacramenta habet: *Omnia delitiosissima id est creaturam praesentemque praeter ceteris plane eximiam.* Haec vinea est totus liber hujus dignissima peritudo, & opus quoddam, inter cetera, quae hoc libro mystico universi continentur, maxime oblique pendunt. Porro ad hanc vineam praesentia vilita honorandam, nec non ad ejus praeteritae cum brevitate & attentione contenti, planctus vos humanissime invito.

2. Homo erat paterfamilias, qui plantavit vineam. Vana fuerunt antiquorum philodorum opiniones circa quiddam Anaxagorae vineae scilicet mysticae & Evangelicae. Lemoine enim apud Leonardum de Uono serm. 41. de dignitate animae opinatus est, eam esse substantiam quandam ex illis atomis compositam quae visibile & evidenter apparet esse lucum luculis tanquam foecundae genitrici in acceptis rebus, sine qua censetur veluti in obitu trane nebrarum mortui & sepulti. *Animae substantia composita ex atomis.* Empedocles apud Macrobi. 1. in Som. censuit eam esse compositionem quandam bene dispositam & ordinatam ex terra, aëre, aqua & ignis elementis, utpote quae concorditer & cum tranquilla pace ad eam admirabilis & incomparabilis entitatis formationem convenit: *anima est substantia composita ex igne, aqua, aëre, & terra.* Heraclitus animam dixit esse quintam aliquam stellarum essentiam, virtute divina omnipotentia, per ignem immortale claritatis suae, extitit: *Est sicut illa stellarum essentia, quae ex sua origine, ab ipso Deo est solummodo creata.* Seneca ad rationis limites proximus accesserit dicit, animam esse spiritum quendam intelle-

Atalem ad molem corporis humani vivifican-
 dam ostenditur, postquam natura hujus orga-
 ni rationi animam manum adhibuit, et sic
 hoc spiritus ad vitam beatitudinem conse-
 quendam ordinatus. Anima est spiritus intelle-
 ctus ad beatitudinem in se ipso in corpore ordina-
 tus. Aristoteles eam dixit esse actum quandam
 principem corpus noster, in virtute cuius recipit
 esse vivens, cum omnibus illis consequentis,
 quae ad naturam & conditionem suam requi-
 rantur. Anima est in delictis, id est, actus primus
 corporis organici potentia vitam habentis. Py-
 thagoras animam appellat harmoniam corpo-
 ris. Quia spiritus regit et movet sine radio, sine la-
 borum quamdam consonantia temperamen-
 to corpori accommodata. Diogenes existimavit
 animam esse subtilissimi aeris speciem quandam:
 quia homo sine aere vivere non potest; nam
 per aere continetur attractum conservat cor-
 poris vitam. Hippocrates credidit animam esse
 subtilissimum spiritum, qui ad motum in o-
 mnibus humani corporis membris excitandum
 intendit: Est spiritus tenuissimus per omne
 corpus diffusus. Tandem Pampilonus putavit
 eam esse ideam quandam, & exemplar omnium
 speculorum, quae in universali hujus mundi
 studio conspiciuntur: Est enim exemplar om-
 nium rerum, cum in se habeat omnium rerum
 similitudinem, eo quod potentia est omnia facere per
 medietatem agentem: At vero filius Dei per sci-
 entiam suam, quam Theologi visionis vocant,
 eam optime cognovit; ideoque appellavit gem-
 mam vel moile inestimabilis valoris; aut ma-
 gem precii monetam, in qua vera Principis Dei
 virtus in essentia & in personis trini imago ex-
 sculpta exprimitur: Inveni drachmam quam
 perdidit, Luc. decimo quinto, Unde mag-
 nus Ecclesiae Doctor Ambrosius libro sexto in
 ap. 1. Luc. ait: Non mediocri hac drachma est,
 in qua Principis est figura, drachma sumus, ha-
 buimus pretium.

3. Sanctus Hieronymus 11. Etymolog. animae
 qualitates in ejus operationibus internis eique
 coactionibus explicavit, dicens: Anima dum
 vivit, corpus, anima est; dum vult, animus
 est; dum cogitat, mens est; dum recollit, memoria est;
 dum videtur, iudicat, ratio est; dum spirat, spiri-
 tus est; dum aliquid sentit, sensus est. S. Bernar-
 dus in meditatione praed. admiratione illius ve-
 luti caput continere se non potuit, quin hunc
 eum encomius celebraret, dicens: Omnia in signi-
 ficatam Dni imaginem decorata similitudine, desponsa-
 tus in Quadragesimali.

ta in fide, dotata in spiritu, redempta sanguine,
 deputata cum Angelis, copata beatitudine, haeres
 bonitatis, ratiocinans particeps: quia tibi cum car-
 no, qua haud vultus sterquilinum reperisti?
 Demum vero eandem animam caelo compa-
 rat, eidem pro sole intellectum assignans, pro
 luna fidem, pro stellis virtutes: Est caelum san-
 cta anima, habens solem intellectum, lunam fi-
 dem, alia virtutes. Ipsa quidem est creatura,
 quae esse suum Soli aeterno creatori debet, sed
 invisibilis existit, quasi oculus corporeus indig-
 nus esset, qui eam videre posset, nulli subiacet
 temporis mensurae, nec ulli ictui, vel casui mor-
 tis. Inter maiestatis suae pompas de nulla sui e-
 legantia sic gloriatur, sicut de Dei in se expre-
 sa similitudine. Unde sanctus Augustinus li-
 bro de diffinitione animae eam celebravit, di-
 cendo: Quod sit substantia creata in visibili,
 incorporea, immortalis, Deo similis, imaginem
 habens Creatoris sui. Postremò denique (si Pla-
 toni apud Cel. Rhodig. lib. 3. cap. 4. credi-
 mus) est aeternum quoddam, seu gaza, in qua o-
 mnium virtutum thesauri conservantur: nec
 non seminatum, in quo repositae continentur
 omnes scientiae: Inest mortalium animis uni-
 versis scientiarum velut seminatum quoddam
 & planè thesaurus.

4. Pythius Rex velut opus rarum & insig-
 ne permagni annulum quandam existimavit, in
 cuius lapide novem Musae exsculptae erant, in
 quarum medio Apollo resplendebat, qui lyrae
 suae chordas plestro tangens eas reddebat atro-
 nias. Albertus Magnus quoque refert, apud
 Venetos in magna ex estimatione lapidee quen-
 dam Achatem, qui in Palatio sancti Marci ve-
 lut stupendus naturae partus conservabatur, in
 quo naturaliter cernebatur exsculptum caput
 regis alicuius diademate redimitum. Jactat e-
 tiam Aristoteles libro de admir. audit. vestem
 illam, in qua Antisthenes Sybarita ingeniosè
 acu suà elucere fecit terrae varietatem, omni-
 umque Deorum caelestium excellentias, ad e-
 ut in templo Lucinae & Junonis: Quotannis
 loco miraculi ostenderetur, Scio etiam quod
 sculptrura Cleopis Aegyptiorum Regis nutibus
 obediens ex praestantissimis felicis Arabiae mar-
 motibus pyramidem quandam extrahere no-
 verit, in qua elaboranda decem annorum adhi-
 bitum est spatium. Nec ignotum mihi est
 quod Semiramis superba Babyloniae mœnia æ-
 dificavit alta pedibus ducentis, quin quaginta
 autem pedibus lata, in iisque collocavit portas

Abraham,
 Bov. Do-
 min. 21.
 post Trinit.
 conc. 1.
 Idem in
 Domin. 1.
 conc. 1.

Proper.
 libro 3.

Et
 zucas

Handwritten notes in the right margin, including the name 'Proper.' and 'libro 3.' and other illegible scribbles.

æneas centum, trecentisque turres, eamque trecentis millibus militum in custodiam seu præsidium consignavit. Item quod Ctesiphon Dianæ Ephesæ templum creverit, ejus longitudo ad numerum trecentorum viginti quinque pedum, latitudo ad ducentorum viginti ascendit, atque à centum viginti septem columnis suffulta fuit. Præterea Solis Colossus à Chares Lindeo Lyssipi discipulo duodecim annorum & trecentorum talentorum impendio erectum. Item palatium Cyri Medorum Regis à Memnone fabricatum, cujus omnes lapides non calce, sed auro vinciebantur, Tutrim quoque Ptolomæi in insula Pharos situatum, famosum Regiæ Cadiæ Maulolæum: Celebre Jovis olympici simulachrum in ebore per Phidiam efformatum: Theatrum quoque Pompeii, quod postea à Nerone dignum æstimatum fuit, quod pavimento tegetur auro. Deici; opulentum & sumptuosum Salomonis templum, miraculū miraculorum omnium, quæ unquam ab hominis creata potentia fuere: quodlibet enim horum operum tanquam atomus quidam, imò nihil est in comparatione ad animam rationalem: hæc enim inter omnia alia eminet, sicuti elephas inter formicas, sicut inter pygmeos Gigas, sicut regina quædam inter mancipia, & sicut sol inter stellas: *Omni corpori præferatur anima.* inquit S. Aug. de civit. Dei, lib. s. c. 15. Et alibi idem in epist. ad Deodat. subjungit. *Anima natura, nec terra, nec maria, nec sidera, nec luna, nec sol, nec quicquid omnino quod regi aut videri potest, non deniq; ipsum quod à nobis videri non potest, Cælum non melius esse credendum est, imò hæc omnia longè deteriora esse quàm est quilibet anima, ratio certa convincit, & quantum cælum in omni pulchritudinis genere terræ præeminet, tantundem anima sui pretio omnem rem creatam exuperat, si Chryssippo credimus dicenti: Quæ sit cælum terra pulchritus, tantò anima pulchritudo omnem formam, quamvis pulcherrimam superat.*

5. Nobilitas singularum rerum, quæ in toto universo velut in superbo quodam theatro continentur, facile colligi potest ex ordine quem rerum omnium Author in totius Universi dispositione observavit. Siquidem is unicuique locum suæ dignitati proportionatum & convenientem assignavit: *Bonum enim universi consistit in ordine,* ut agebat eruditus ille Bar. Cal. p. 12. conf. 1. serm. 51. cap. 2. Et quidem conformiter ad doctrinam S. Bernardi Senensis dicentis: *Cuiuslibet deus Deus locum sibi corre-*

spondentem. Terra & universæ bonorum suorum mobilia & stabilia massæ locum nobilissimum assignavit: secundum verò locum terræ superioris aquæ elemento concessit: terram inferiori: quartum igni: supra ignem autem lunam refulgere, eiq; super eminere Mercurium voluit, quem postea Venus sequeretur, in quam suum Sol obtineret prædominium; Demum eo altior regnaret Mars: postea Jovis regia collocaretur. Sicque se primo cælo superintenderet Saturnus, qui tandem velut scabellum serviet firmamento stellarum ph. ygio opere elaborato, cui cælum chrystallinum superimmineret, in loco verò eminentissimo cum immobili quodam pōdere cunctis corporibus superimineret cælum empyreum, utpotè præ omnibus præstantissimum, quod adeò vastum est, ut teste sancto Bernardo de Senis, tomo primo, sermone quinquagesimo primo, capite secundo, Si de novo crearet Deus hujusmodi magnitudinis tot terrarum orbem, quor grana arenæ maris, adhuc non impleteret empyreum cælum. (Hanc autem vastam molem, voluit Deus animæ pedibus, velut pavementum quoddam stabiliter, adeò ut empyreum in nullo diggratatum suam adeò jaceret, quàm quod anima serviat, tanquam Thronus illius vel palatium. (Cum igitur inquit Callæus p. 12. consilio tertio.) Naturæ ordinent ignobiliora inferius, nobiliora verò superius, patet animam esse nobilissimam omnibus supradictis ordine, quia collocatur in nobiliori loco.) At verò vivacius id exprellit sanctus Bernardinus ibidem in fine cap. 1. dum ait: (per hoc manifestè declarans, quod si quilibet infiniti empyrei cæli, & illius nobilitatis, crearetur à Deo, adhuc anima eis celsior ac nobilior remaneret.) Quærat is & in vestigetis licet omni cum industria non tamen invenietis pulchritudinem vel dignitatem (si eam quæ Dei est excipias) quæ pulchritudinem animæ rationalis possit non tam dico superare, sed nec æquare. Quando cælum terræ pulchritus confirmat Chryssippus in lib. contemp. mundi, ratio animæ pulchritudo omnem formam quamvis pulcherrimam superat.) O utinam anima obiectum esset visui corporeo proportionatum! O utinam oculi nostri à Deo elevarentur ad illam contemplandam (licet agnoscam desiderium hoc ad impossibile se extendere) certus sum, quod quævis alia creata mox mihi vilesceret, ac deformia & contemptibilia esse apparet: *Si fieri possit.* (ait idem Chryssippus (ut corporalis

Chryssip. in lib. de contemp. mundi.

hinc oculis anima pulchritudinem videremus, desideremus omnia hac, quae ex terrena sub-

velut ingeniosus Rhetor à florum & arborum circumstantium plebe attentionem propopscit dicens: Venite, & videte. quasi diceret: vos quotquot estis creaturae harmonico hoc invitatorio percitate & excitatae. Venite, imò currite, attentum facris cantionibus meis praebituræ audium. Verumenim verò ego quoque ò regie & celestis Musice, in aliarum creaturarum societatem ad te attentè auscultandum promp-

Psalm. 65.

Psalm. 65.

Psalm. 66.

Handwritten notes in a large, decorative script, possibly a signature or a specific reference, located in the right margin of the page.

scio equidem quod sanctus Athanasius ibidem in persona Davidis sic respondit: *Veni, et audite quanta beneficia fecit atque impendit anima mea quoniam quousque dominus me repleverit.* Et Si Augustinus devota quadam curiositate morosus, idem interrogat & relolvit, dicendo: *Si id quid est narratur utriusque, videtur quod terra quantum distendatur ex illis, et quod sunt sidera, et quae sint vires solis, et una.* Verum enim verum si mysterium penetrare, & Davidis mentem assequi velimus, opere pretium erit ad illud recurrere, quod sanctus Lucas de Beata Virgine ad domum cognatae suae peregrinante accedente scribit: *Mox enim in hac sancta & veneranda anus ex brachis suis zodiacum quendam solem pulchritudinis constringentem fecit, eamque beatitudinis encomio celebrando salutavit, dicens: Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui, Beata Virgo, utpote quae semper humilitati singulari cohaerere juncta fuit, mox omne quicquid in ipsa conspicuum erat divinae benignitati referere acceptum, dicens: Fecit mihi magna qui potens est, Magna? Alii legunt Magnalia, alii Mirabilia. Ergone nec Maria, nec quivis alius, qualia sint haec a divina omnipotentia illis concessa magnalia, distincte explicare poterit? Etenim ego juxta Cajetani doctrinam existimo, neminem Dei magnalia distincte exprimere, quia nimium alta sunt & tanta, quae sint inexplicabilia, ideoque in hisce angustis terminis restricta, Magna, Mirabilia, Magnalia. Haec tanquam inexplicabilia, singulari hoc unico nomine unum comprehendit, inquit Cajetanus apud Joannem Sylv. libro primo capite septimo. Unde perspicue colligitur, cur David animae suae magnalia referens, hisce verbis usus fuerit: *Audite quanta fecit Deus anima mea, quasi dixisset. Nulla invenitur lingua creata, quae enumerare possit, nec facundia quae vel minimam dignitatis vel magnitudinis quae Deus anima hominis concecit, exponere vestigiis sufficiat. Sufficiat igitur generico quodam nomine, quanta ea indiguisse dicendo: Quanta fecit anima mea. Unde sanctus Bernardus de Senis ait: Quis possit animae in suis naturalibus explicare virtutes.**

7. Sponsus caelestis, ejusque dilecta sponsa anima nostra, familiariter in se & prolixè discurrebant, dumque varios inter se sermones miscuissent, tandem sponsus subjunxit: *Quod si forte o pulcherrima mea sponsa, tui ipsius sufficientem non habeas notitiam, si tibi nondum factis perspectae sunt tuae prerogativae: Si ignoras*

o pulcherrima mulierum, egredere te ab ostio vestigia gregum tuorum. Quae verba valde mihi videntur esse intellecta diffusilia, quia imaginat mihi aequo, quae ratione eadem in honorem dilectae sponsae suae reducere possunt. Verum quidem est, quod etiam in hisce verbis deprædicet, tanquam inter omnes mulieres pulcherrimam; veruntamen illam quoque arguit tanquam sui ipsius ignorantem, eamque alloquitur tanquam personam vilem, & solum rusticanis occupacionibus assuetam: Etenim verò sponsus juxta expositionem sancti Bernardi non poterat sponsam congruentioribus vocibus alloqui; dicere enim volebat, quod si forte quænam, & qualia sint tua, quibus prefulges, magnalia, nescias: *Sigrorare, egredere, id est, de abyssu ignorantiae exito, & observa vestigia gregum tuorum, qui sunt Doctores & alii homines virtutibus eximie praediti. Quid enim sunt greges (inquit sanctus) nisi diversarum creaturarum species, quas Dominus tanta virtute donavit: observa inquam eorum vestigia, quae sunt eorum doctrinae, quas in charis suis post se exaratas reliquerunt. Quid enim eorum vestigia indicant, nisi cognitiones eorum, per quas intelligentia sublevarunt ad cognitionem animae? Ab his igitur qui solia sua atramento rigarunt, qui de rebus ad tuam naturam explicandam pertinentibus, integra scripserunt, & composuerunt volumina, edificare poteris, qualiter tua dignitas quamvis aliam longe excedat, & soli cedat dignitati summi motoris (ait igitur) concludit. Si autem ubi post vestigia gregum id est, confidera corporeas creaturas, & te cognosce, super omnes adeo in dignitate locatam, ut tanto beneficio cognito, tutum diligas Creatorem.*

8. Calumniabatur olim Scriba & Pharisei Salvatorem nostrum, quod Publicanos & peccatores ad suam admitteret familiaritatem: *Murmurabant dicentes: Hic peccatores recipit, et manducat cum illis.* Salvator autem, ut eos pacem redderet ipsam intelligendi, suamque illis probaret integritatem, duas illas proposuit mytticas parabolas, quarum una est de ove errante, altera verò de drachma perditâ, uti superius insinuavi. De prima quidem dicit: *Quis ex vobis homo, qui habet centum oves, et si perdidit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in deserto, et vadit ad illam quae perierat, donec inveniat eam?* de secunda verò subjungit: *Aut qua mulier habens drachinam de-*

Aug. ibi.

Luc. 1.

Grac. ap. Iam. s. Hebraic.

Bern. sen. s. i. et. s. i. s. a. in suo. na naturalibus explicare virtutes.

Cant. i.

...per quod dicitur in unam, nonne ac-
cipit lucem; & evertit domum. Et quare
aliquando dicitur: in unam eam. Quod autem ta-
per orem, quam per drachmam filius Dei a-
nomiam nostram intelligit voluerit, certum est
apud sacrosapientiores: Diligit Dominus ani-
mam magnam: Dicitur Vega, cum pro ea
requiritur dimittit in celo naturam angeli. &
Becce per orem intellectam animam; de drach-
ma vero subjungit Husebius Emissenus: Ho-
mo autem anima numerus dicitur vel drachma,
et proprii sunt quidem, quoniam in hoc mundo
creatura est imago Regis, & anima humana
creatura est ad imaginem Dei. Similitudinem Dei.
Vetum, inquit: esse possibile, quod propter
talem dicitur dimitat nonaginta novem? E-
tiam vero, quod ex numero centenario ovium,
nata tantum perditur, nihil mirum est, nec altissi-
mi meretur, abeat in malam exitum, dum-
modo alie nonaginta novem bene conserven-
tioni sunt una ipsi clarior est quam omnes
centum: sed dicere quis audeat: Nati nonaginta
novem ordines Angelorum sunt, inquit Diony-
sius Carthusianus, Angelorum choros reliqui in
caelo, scribit Divus Gregorius Magnus in cat.
Dni Thomæ ibidem. Ergone propter unam
animam omnes Angelorum Choros periculo
exponet? Divus Gregorius in Ps. 77, cuius omnes non
centum ovium, ovium sumus inquit Ambrosius lib.
7. cap. 17. ibi Angelorum, habet Archange-
lorum Dominationum Potestatum, Thronorum,
etiamque innumerabiles greges, quo: in mon-
tibus derelinquit. De quodam annulo gemmā
sua delicturo fuit qui dicitur: Dixit id quod me-
morat. Idem dicere videtur sapientia incarna-
ta, cum nonaginta novem ovibus deesset cen-
tesima, quæ est anima nostra: De si quod me-
morat, forte insinuat volens, quod una sola anima
maior sit valoris, quam omnes Angeli simul;
vel eam a Redemptore nostro numerus cente-
narum, qui secundum Greg. perfectus est, ani-
mam Dei nostræ approprietur, sicut centum com-
pendium est in quo continentur valorum om-
nium nonaginta novem: ita anima nostra te-
net in se perfectionem omnium Angelorum;
mirum itaque non est, quod ipsemet Deus de
caelo descendit, & relictâ Angelicorum spiri-
tuum societate, in hunc mundum venit, ad
hanc orem investigandam, eamque Sanctiss.
sanguinis, & proprietate vitæ suæ pretio redimere,
quoque comparate voluerit: Hoc punctum S.

Bernard. Senens. tergit dicendo: Magno quidē
pretio affirmata es, & anima pro qua requirenda
a summo Angelorum Dei filius descendit in uerum
Virgine: Ergo magna quidem res es anima mea
pro qua requirenda Deus in mundū descendit
dixit a us est. Et S. Gregorius Papa observat, a-
nimam quoque decimā drachmæ comparari:
[Decem ergo drachmas habuit, quia novē sunt
ordines Angelorum, sed ut completeretur electo-
rū numerus, homo decimus est creatus. Verum-
tamen cur ex hisce numeris nullus præter deci-
mum animæ nostræ proportionatē correspon-
det: Ab Arithmeticis informationem accipite,
qui iuxta documenta cæli vobis dicent, quod
Denarium decada, Græci vocant; quasi de cha-
da, quo totum in se numerum recipiat, & ali-
bi subjungit: Reliqui ultra, qui dicuntur nume-
ri, priorum sunt replicationes. Estq; hæc eadem
ratio de centenario, de quo supra: Sicut igitur
decimus aliorum numerum valorē secum sub-
infert, ita anima omnium & singularum creatu-
rarum perfectiones in se continet. Unde S. Pa-
tar August. ait: In novem diachmis. & nona-
ginta novem ovibus ponitur eorum significa-
tionem atque idē mirum non est, quod Verbum
incarnatum illam tantā cum diligentia requi-
ret, nec quiescat, donec eam deinde recuperet,
& in manibus suis habeat: Quia non destitit
quærere (ita explicat Ludolphus Carthusianus)
donec inveniret, quasi vitæ usque ad centu-
melas, usque ad minas, usque ad singella, usque
ad mortem, usque etiam ad inferna.
9. Princeps cœlestis animam nostram tan-
quam gemmam pretiosissimam inter omnes
quas habet in paradiso gazas observat, imo vult
ut tanquam Regina coronata gloria, & stola
immortalitatis vestita, veluti maximum mag-
natum suorum specimen in excelsis Majestatis
sue throno dexteram habeat: Assit Regina à
auxiliis suis in v. sit u dea: ratio circumdata va-
rietat. Post hanc pulchram feminā, & for-
tunatam Reginam, animam nostram rationa-
lem esse multi asserunt. Scilicet Joannes de
Turrecremata in cap. temp. 13. q. Psal. 44. di-
cens Assit Regina, id est anima nostra à dextera
Dei S. Antoninus Archiepiscopus Florētinus 3.
part. in præm. Sanctus Basilius, Sanctus Joan-
nes Chrysostomus ibidem, & alii: Assit Ma-
jestate plena tanquam Regina coronata à dex-
tra non Principis alienius terreni, sed Dei Im-
peratoris universi, in vestitu e gloria contexto:

D. Bern.
Sen. de digi-
nit. anima
serm. 51. c.
1. D. Greg.
in cat. D.
Th. ib.

Cæli Re-
dig. l. 22.
c. 14. & l.
18. c. 14.

Aug. in
cat. D. Th.
ibi.

Ludolph.
Carth. p.
2. cap. 7.

Psal. 44.

Handwritten text in the right margin, possibly a reference or note.

Deaurato autem charitatis, exornato bonis operibus, circumdata exterius & interius varietate, id est ornamento præstantissimo, virtutum aut præclarissimorum meritum, proprietas Angelis est in veneratione, & a Deo donatur beatitudine. *Asit igitur Regina* (inquit Basiliius in psal. 44. *Ipsa sponsali verbo in connubium data anima, non peccati imperio subiecta, sed regi Christi participi, à dextera Salvatoris, in vestitu deaurato, hoc est, in dogmatibus spiritualibus subiecta, & varietate, venusti & religiose sese exornans.* Denique ipsa digna & magna est esse natura, in esse gratia, & in esse gloria. Hugo Victor. adjungit, quod *Non per naturam, sed participat: ne vel imitatione habet ea que Deitatu sunt: imò ipsa humiliter gloriatur, & sancte se jactet* (inquit S. Amb. lib. de dign. hum. còd. cap. 2.) quod certo quodam modo, & in aliqua parte Deo similis existat. *Comparet ergo se animæ modo, quo potest creatori suo.* Deus etenim est simplicissimus, & anima simplex est; Deus est in omni loco, præcipue verò in cælo, & anima est in toto corpore, & tota in qualibet illius parte: Deus regnat in mundo, eumque gubernat; anima corpus vivificat, regit, gubernat & conservat: Deus assumptis naturâ humanam prius passibile, postea verò gloriosam, anima quoque prius habet corpus subiectum pœnalitibus, postea verò glorificabitur in cœlis: Deus est immortalis: anima quoque in æternum cum Deo vivet: Præcipue verò anima nostra Deo similis est in unitate essentia, & in personarum Trinitate: Nam sicut Pater est Deus, Filius est Deus, Spiritus sanctus est Deus, & tamen non tres Dei sunt, sed unus tantum Deus in tribus personis: ita anima est intellectus, voluntas & memoria, & non sunt tres animæ, sed una anima tantum cum tribus officiis & dignitatibus: *Sicut Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus est* (ut scribit S. Amb.) *non tamen tres Dei sunt, sed unus Deus, tres habens personas: ita & anima intellectus, anima voluntas, anima memoria, non tam tres animæ in uno corpore, sed una anima tres habens dignitates.* O vineâ deliciosâ id animam speciosissimâ substantiâ non habentem sibi parem! 10. Scio equidem multos esse, qui animam propriam parvi æstimantes, per apparentes cavillationes mori sunt ad eam contemnendam, & spernendam ejus dignitatem dicendo: quod hæc moles corporea magnum afferat ejus reputationi præjudicium; sitque velut gemma quædam in annulo plumbeo, vel sicut moale

jacens in luto; Unde sanctus Bernardus dicit, quod corpus humanum est (perma sanctorum, faccus stercorum, & cibus verminum: quomodo igitur suam poterit conservare elegantiam, si tantæ incorporata est deformitas? Quomodo foelix erit inter miseras? Quomodo nobilitas a fumo vilitatis est obliterata & denigrata? Atque idem animæ tutelam mihi vendicare hodie statui, idque non aliunde, quam soli veritati innixus. Verum quidem est, quod tam celi lapis quidam pretiosus in cælo plumbo, hoc tamen nullum ei afferat præjudicium: tantum item folia sua tunc pomposus explicat, suavitatem dilatat, quando ponderis gravitate depimitur: Spina quoque quæ culpas, infausta nimium genitricis partus lundecorem adferat totæ: dum veluti zeloty pimites seu vigiles pulchritudinem ejus cultuosius umbræ quoque claritatem picturam vivacius illucescere faciunt; moesta denique ad perfectionem universi exprimentam magis inferviunt; Adamas etiam autem innoxius, pretiosior habetur; radii solares non contemnantur, licet supra lutum se quoque diffundant, quæ similitudine in favorem animæ utilis est. S. Bernardus dicitur: *Voluit S. non inficitur foras, quantumcumque foras carat: Imò anima potiorum suarum perfectionum partem corpori in acceptis referat, inquit Reinerus de Pilis: (Sicut pater in toto est perfectior, quam in se existens: sic anima cum se naturaliter perfectio hominis, est perfectior in toto homine conjuncto ex anima & corpore quam a corpore separata. Adeoque exuvie corporis, quibus anima induta est, ad conciliandum ei ornamentum servantur, non verò ad ejus pulchritudinem obfuscandam. Unde Salomon ait: Quam pulchra es amica mea! Et postea iterum replicat: Quam pulchra es! in finiendo prius nativam animæ Dei amice pulchritudinem, & postea exteriorum corporis elegantiam: Ut ostendat eam pulchram & interius & exterius, explicat Egidius Cardinalis Columba ibidem lect. 3. Sicut igitur quisquis habens in contrarium loqui præsumptur: aut per rationes prædictas ei satisfactum non fuit, convincendum saltem eum existimo per rationes sequentes.*

11. In constitutione & perfectione alicujus compositi concurrunt & partes, & hæ quidem quanto perfectiores sunt, tanto perfectior

Hugo Victor. in summa de divm.

D. Aug. ibid. co. 1. l. F.

Atque excellentissimum est compositum; materia
de forma, id est anima & corpus uniuertur ad
formam rationem hominis; hic autem, de quo Sal-
uator in Euangelio hodie sub metaphora vel
parabola vineæ loquitur, qualis sit, patet sum-
matim, diciturque mei seric vobis insinuare
Petrus Episcopus qui singulari diuina Sapi-
entia illum appellat; Hieronymus, *perfectum*
pubertatis bene ornatam; Hieronymus, *repu-*
bliscam bene ornatam; Cyprianus, *perfectum*
et ornatum gubernatorem; Greg. Papa omni-um
creaturarum compendium; Dionysius Areopa-
gita *terra Dominum*; Chrysostomus *Dominam*
terram; Basilii, *Ad imperia natam*; Au-
gustinus, *Et enim omnium rerum*, Augustinus,
Maxime omnium prodigiorum, a Mercurio
Tullio sic appellatur, *Homo miraculū, mag-*
num ac mirā adorandum, & honorandum, & a-
liis: *Humana natura potentiam admiratus*
est, autem ad eam esse ait dicere hominē qui-
bus terrenam Deum esse, mortalem, Favonius
in Sol in terris magnam prater hominem; Py-
thagorici dicebant: *Hominem diuinam quandā*
partem terrenam vinculis alligatam; A Platone,
Homo mundus parvus dicitur; Et Addalia Sa-
cratus vir hecce barbatus interrogatus: *Quid*
in hac quasi mandana scena maxime putaret
admirabile? Hominem respondit. Item omnis
creatura le eius nutibus obedientem exhibere
deprecatur: ambre, ut observavit Cassianus
hic etenim nulla creata substantia se sine
deprecatur: huic terra & cetera elementa; huic
terra prelo sunt ut famulentur; huic militat
caelitus, salutem, bonumque procurant Ange-
li inter ceteros. Quid plura? Diuina gratia inter-
uenit (non solum efficitur filii Dei, & similes
Dei, sed etiam modo efficitur Dei,) conclu-
dit beatus Augustinus.

11. Hinc est quod Thraces nascente homi-
ne, cordis angustias oculorum lacrimis te-
statur, non tē quia ei comparatur, quod crea-
tura aliqua tam nobilis, tot ornamentorum di-
ves, innumeris adornata prerogativis, cui
proinde pavimentum aliquod deberetur ex ar-
gomento & auto, vel etiam peristomatibus cœ-
lestibus, stellarum gemmis distinctis stratum,
in suo hora natiuitatis suæ primos gressus figere
debet, tunc pungenes prerogatum nostrarum
spinas. Et quis illud non deploraret? Quos
vapores similes cogitatio non extrahere e corde
etiam barbato, in copiosam postea lachryma-

rum pluuiam deorsum lapsuros? Thraces circa
natiuita suorum hoc factant; dico puro pro-
pinquius circumjedentes; cum ploratione proje-
quuntur, recessentes, quod vitam ingressus sit
ad perpiciendas humanas calamitates: At ve-
rō dum ab hac vita ad mortis jurisdictionem
transit, in copioso lætitiæ mari natat videntur,
& quantum in oriente hominis planxe-
runt, tantum in eius occasu vehementius tri-
dent: (Hominem fato functum, per lulum
arque lætitiæ terræ demandant, referentes
quod malis liberatus, in omni sit modo fœli-
citate.) Credunt enim quod ad sempiternam
fœlicitatem suæ conditioni merito debitam,
tranfitum faciat.

13. Verum sileant deinceps barbarorum ar-
gumenta, ubriidentes loquuntur sacrauna
Scripturarum rationes. Quis etenim nescit,
quod existimatio authoris ab operis æstima-
tionem incrementum accipiat? Si quis mihi di-
ceret, hanc esse Apellis vel Protogenis pictu-
ram, maximi eam valotis & pretii esse existi-
mationem: metiamur igitur excellentiam homi-
nis per dignitatem artificis. Verum inquires:
Non est hæc specialis hominis gloriatio, si qui-
dem omnes aliæ creaturæ, terra, mare, Sol, stel-
la, cœlum, & Angeli ipsum et Deum veluti
authorem suum recognoscunt, dicendo: *Ipsē se-*
ci nos. Quia omne bonum nostrum ex eo est, &
non ex nobis, ut explicat sanctus Athanasius
ibid. Respondeo: Quoad hoc nolo contradice-
re, verum tamen nemo inficari poterit, quin
productio hominis valde fuerit differens, & spe-
cialis ab aliarum creaturarū productione quoad
modum. Rabanus & Basilus causam investi-
gant, cur totius uniuersi factor in formatione
alterius cuiuslibet rei nihil aliud adhiberit,
quam unicum duntaxat verbū Fiat: *Fiat Lux*,
Fiat Firmamentum, *Fiant luminaria*, &c. Ut ex
Scriptura expresse deducitur; postea verō in
creatione hominis stylum mutaverit dicendo;
Faciamus. Unde Rabanus lib. i. in Genesin ait:
(Non sicut in ceteris creaturis dixit Deus. *Fiat*
homo, & factus est homo: sed priusquā fieret, fa-
ciamus dicitur) Et S. Basil. ait: *Non dixit uti de*
aliis: Fiat homo; Quenā igitur est hæc dispari-
tas. Cur non tam quoad unam, quam quoad a-
*liam creaturā utitur hoc verbo *Faciamus*: Fortē*
ut Rupertus Abbas libro secundo de Trin.
ait: (Ut unaquæque persona suam operis par-
tem susciperet, tunc quidem Pater conderet,
Filius

10. Boem.
Auban.
Teuton. l.
3. de Eur.
Idem ib.

Psal. 99.

Gen. 1.1.

D. Basil.
hom. 10.



S. Basil.
hom. 10.

D. Ambrosius
in Exam.
lib. 6, de
dignit.
hom.
condit.

Augustinus
in Gen. lib. 6.

Filius perditum redimeret, Spiritus sanctus remissionem peccatorum, & carnis resurrectionem perficeret? Est quidem hæc Rupertus responsio congrua antecedens, è quo per bonam consequentiam maximam hominis excellentiam facile arguere possumus: attamen S. Basilii ad deliciaiorem speculationem transfertur dicendo: Alias creaturas ab unico *Fiat* suam habuisse originem, quod imperiosum quoddam præceptum insinuat; at verò homo per *Faciamus* producit, quod consilium denotat forte ad insinuandum; quod quævis alia creatura habeatur à Deo servili & mancipiorum more, dum præcepta Dei recipit & obedit; at verò cum homine procedit more nobilium, eumque veluti Magnatem quendam tractat, (quasi cum consilio factus homo videretur, inquit Rabanus Maurus libro 1. in Genesim. Itane? Ergone Deus etiam consilio utitur? Si hoc Angelus, vel alia creatura faceret, dissimulari posset, consilia enim dantur ignatis & in suis operationibus irresolutis, dum bonum vel malum, aut id quod melius est non cognoscunt; at verò Deus, qui iustitiam sapienter est, qui omnia distincte cognoscit, & sine errandi periculo elegit, quam habet consilii requirendi necessitatem? Ut nimirum deveniretur in cognitionem, quantum hoc opus (homo scilicet) quovis alio dignius sit & excellentius: Non dixit veluti de alio, fiat homo (est sanctus Basiliius homil. 10. de hom. constitut. fol. 38. qui loquitur) perditæ tui ipsius dignitatem, non subiecit generationem tuam præcepto: sed consilium fit in Deo quomodo præstans animal ad vitam producendum fit: Faciamus hominem, cui opinioni subscribit Archiepiscopus Moguntinus Rabanus in Gen. libro primo dum ait: *ut scilicet non per iustitiam vocem, sed per dignitatem operationis existere.*

14. Verumtamen Sanctus Pater Augustinus hanc hominis prærogativam nimis vulgarem esse existimans, aliam quandam assignat majorem scilicet, quod productus fuerit pulcherrima Dei imagine & similitudine insignitus: (Sed hoc excellit in homine, quia Deus ad imaginem suam hominem fecit. Ita pariter sanctus Ambrosius: Nec ob hoc solam quod consilio sanctæ Trinitatis sic excellenter à Conditor conditus est; sed etiam quod ad imaginem & similitudinem suam ipse Creator omnium eum creavit, quod nulli alii creatu-

ris donavit. Porro inter Interpretes quod huic passum varie sunt opinioniones, an scilicet *imago & similitudo* synonyma sint: an vero disparatam significationem habeant? Petrus & Cornelius à Lapide in favore prius patris decernit dicendo: (Quod pro eodem sumatur & eandem esse vim vocum illarum *imago* & *similitudo*, easque hoc loco politas ad idem significantiis, expressius & illustris declarandum. Alii autem contraria sunt opinionis, nimirum Origenes, libro 2. peritach. cap. 6. Nilvanus homil. de creat. Homini. Eucherius lib. 1. in Gen. Richard. Victoria. lib. 1. de Trin. cap. 1. & 5. Theodoretus, Rupertus, S. Thom. 1. p. q. 93. & Magister sententiarum in 2. dist. 16. qua licet origo & processio datur in eadem natura, ibi quoque *imago* & *similitudo* reputatur, prout de Seth Adæ filio & aliis similibus verificatur, nec non de quovis filio velut Patrem suum; nihilominus similitudo esse potest sine imagine ad eum modum, quo una albedo alteri nonnunquam similis erit, non tamen ejus *imago* erit. At verò inter alias differentias una, & quidem præcipua hæc est, quod in imagine consistant dona naturæ, in similitudine verò gratiæ dona. *Imago attenditur quantum ad naturam, inquit Gloffa, similitudo vero quantum ad gratiam.* Voluit igitur Deus hominem privilegio insigni afficere locupletando eum omnibus hisce bonis, tam naturalibus, quam gratuitis; quorum ipsum iudicabat esse capacem, quæque illum Deo similem reddere portarent. Unde Nilvanus: *Homo ad imaginem & similitudinem Dei factus est, quia capacem homo est, divinitatis, plenitudinis, & exultationis, sicut Deus exultat.* Et S. Basiliius ibi concludit. *Cum in tanto honore esse homo creatus quod creatus esset ad imaginem Conditoris super Calid, super solem, super stellarum choreas honoratus. O quam pulchrum & eximium opus est istud, quo in hujus mundi theatro comparante quodvis aliud primos ei honores cedit; quo illucescente omnia alia cum eo cõparata mortificari censentur, ad eum modum quo exortente sole omnes stellæ, haud secus ac si erubescerent, absconduntur.* Porro Aman existimabat quidem se supra omnes alios auxilios multos honorandum & exaltandum, paludamento regio à Rege suo induendum, regioque diademate coronandum, ac tandem veluti alium Regem proclamandum fore: *Quid tibi fieri viro quem Rex honorare desiderat?* Respondit Aman

Arma affert: *Dabit in dui vifibus regis, & accipere regum a dactima. & primus de regis principibus clamat & dicit: Sic honorabitur, & puerumque Rex honorari. At verò hæc ornamenta tantum caduca, extrinseca, apparentia, & parum durabilia erant, quæ Amano, vel eorum Macedonice fictam quandam & non realem magnificentiam regiam, idque per unum eorum dicitur diem attuliffent; at verò Deus, ut hominem per participationem five per gratiam Deum faceret, eum imagine suâ vestivit; & similitudine suâ coronavit. O quam pulchra ornamenta iustitiæ, bonitatis, potentia, sanctitatis, dominio & maiestate adornata! Non est æquum hominem mundi Regem ab Amano accipere, sed ab ipso Deo. [Quid ergo? Et quod ille parvulus expecebat tempore inquit quædam modicum Laur. de Aponte in sap. Sal. cap. 11. n. 27. homil. 42.] tibi Deus per gratiam concessit, regalibus te vestibus suis indidit iustitiâ, sanctitate, bonitate, potentia, dignitate & maiestate: non Aman clamat, sed ipse, ut imaginem & similitudinem suam faceret.*

Christus mortis vicinus declaravit Patrem suum omnem cæli divitiam in facultatem & in manus suas deposuisse: *Sic enim, quia omnia dedit in manus, scribit sanctus Joannes. Jans quid per hunc terminum Omnia intelligi debent, non satis inter expofitores convenit. Theophilus intelligit omnipotentiam, Eucherius scientiam; Chrysostomus miracula factus auctoritatem: Sanctus Irenæus omnia opera producta; Author operis imperfecti regnum cælestis, & inferni: At verò sanctus Hieronymus. Per omnia, hominem intelligit, forte quia in eo breviter compendiatâ inveniuntur omnia bona, ut idem sit dicere homo quod omnia. Imò si non esset homo, aut si Deus hominem in manibus non haberet, licet possideret omnia, tamen dominum nihil se esse censeret, verò hominem in manibus suis habens, & hominis Dominus existens, licet aliud nihil in se possideret, hominem tamen manibus suis subiectum habens omnia possidere censetur: *Omnia dedit ei Pater in manus: volens inferre, quod omnibus quasi caruisset, nisi homines caruissent. Eadem quoque sententiam videtur nonnisi possit dæmonem habuisse, quando Salvatorem in altissimum montem perducens eidem dixit: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me: quasi diceret: vide omnium ego sum Dominus, quidquid vides,***

meo subja et imperio, si illas expofcis delicias, quæ tuæ sunt congruæ juventuti, habebis hic vicinam Judæam in omnibus tibi propitiam, si ejus dignaberis accepta habere balsama, Arabia tibi præsentabit odores; Cypus pulverem, Saba Regum incensa, Oritus Muscum, Persia Nardum, tui erunt panni totius Flandriæ, Lana omnis totius Syriæ, Purpure Phœnicia, Tapetes peristromata Babyloniarum. Idumæam quam ripæ maris illic adjacere vides, gloriosis victoriis tuis palmas providebit, Libanus qui in cælum usque sese erigit, ut stellas coronari possit, è cedrorum suarum ramis, ad nominis tui immortalitatem coronas tibi necet; si posteris hæc edibus tuis ædificare desideres palatia, vel etiam ad trajiciendum mare aut ad novos tibi mundos comparandos, indigeas navigiorum maximis machinis, ad eas fabricandas Phœgia tibi ligna subministrabit Cypressina; omnes, quas hic prospicis, Provincia promptissimam tibi præstabit obedientiam, & in debita servituti signum sua tibi tributa obsequiosissimè mittent Hispania quidem sua metalla, Fræcia poma, Mauritania fructus, Paphus flores, Anglia argentum, Dalmatia aurum, Insula fortunata aves, India ebur, Sicilia frumenta, Numidia marmora, Genua corallos, Corinthus vasa, Oceanus margaritas, Africa blada, Britæa smaragdos, mundus denique novus suas divitias, debiti muneris & tributi loco tibi donabunt. Ego etenim qui horum omnium Dominus sum, me cunctis libentissimè ultro citroque privabo & exuam, si tibi hæc omnia dignatus fueris acceptare, teque mihi in donum reverenter donare: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.* Mira profectò res hæc est! Ergone scia Cacadæmonismens est omnibus totius mundi possessionibus & dominiis se exuere, dummodo in solius hominis possessionem subingredi liceat? Adeone cato pretio unicum tantum hominem tibi comparabis? Ingenti pretio modicum licitaberis. Omnia tua prodigendo nihil lucraberis? Etenim si Deus verbis tuis fidem haberet, negotiario feliciter & cum ingenti proventu procederet; licet tu id ipsum minimè intelligere videaris, tu enim eum cui loqueris putum censes esse hominem, & consequenter lutum, ventum, umbram. Unde patet quàm parvi omnia quæ in mundo sunt æstimentur a dæmone, vel quanti pretii & valoris sit apud eundem unicus tantum homo; ne tamen dæmon errasse videatur, mitta-

In festo Quadragesimali.

Ff

cur

Handwritten notes in the right margin, including the word "dicabo" and other illegible characters.

tur ad bilancis examen utrumque, in unam scilicet lancem coniecantur omnia quæ sunt in mundo, in altera verò solus ponatur homo. sic enim clarè videbitur, quod pretium pro homine à Dæmone promissum nimis modicum sit, valor autem hominis in omni genere supercedat: *O quantum æstimat Dæmon unum hominem siquidè uni promittit omnia regna mundi, & gloriam eorum: unde ut unum lucretur hominem, dat omnem gloriam mundi, tanti unum æstimat, ut unum muneret omni gloria.*

Didac. de Cela. in Iud. c. 7. v. 12. § 11. v. 41.

Ioan. 1.

16. Meritò queri potest, quænam sit major laus & excellentia Salvatoris; an quod à Joanne Evangelista nuncupetur homo: *Fuit homo missus à Deo; an verò quod a mundi Salvatore vocatus sit Angelus: Ecce ego mitto Angelum meum?* Scio equidem hominem esse corporeū, Angelum verò spirituale, & quantum spiritus corpore dignior est, tantum Angelus homine major esse censetur; Et sanctus Gregorius testatur quod (in hoc natura Angelica est à naturæ nostræ conditione distincta, quod nos cæcitate ignorantia coarctamur, Angelorum tamē scientiæ longe super nos incomparabiliter dilatantur:) Et ob has aliasque rationes majus fuisse videtur encomium à Christo præcursori suo datum eo, quod Joannes de eo dixit: *Chrysostr. ho. 27. op. Imp.*

Greg. 12. moral.

Chrysostr. ho. 27. op. Imp.

Puto quod gloriosior est Ioannes, quia homo fuit, quam si nomine Angelus & natura fuisset. O ingentem, hominis excellentiam?

Psal. 48. Prov. 8.

17. Quid igitur nunc tibi d homo de dignitate tua videtur? Ipsa quidem talis est, qualem eam hæcenus esse declaravi, tu autem indignis actionibus tuis eam contemnis, & velut vilissimam æstimas. Cunctæ creaturæ permagno te æstimant, tu solus temerè ipsum nihil faciens bestis te inferiorē efficis, ut meritò de te dici possit: *Comparatus es jumentu.* Vineæ non à Noè sed à cœlesti agricola ad habendas ex te dilitias plantata, & tamen penitus te nunc dissepam esse conspicio, floribus vacuam, omni- que boni operis fructu destitutam, e contra verò culparum spinis & urticis refertissimam. Tu quidem talem habuisti Dominum, qui te propria carne Sacramentali enutritiens impinguabat, & sanguine fecundabat, ut in merito fructificare posses, & tamen cheu te illi rebellem esse: & in incultum quoddam desertum degenerasse, ideoque diaboli manibus traditum te esse dolentes conspicio; cecidit, cecidit præ-

dolor in te turris fidei, siquidem actiones tuæ atheisticas potius quam bonam Christianam te esse testantur. Neque relictum tibi est condonata torcular, siquidem summo propolite discrevisse videris nil nisi plurimum iniquitatum fructus deinceps Deo reddere; Decidit quidem in te nonnunquam aliquæ bonorum inspirationum stillæ, at verò eundem præclarum fructum afferunt, quem afferere solent guttæ æstivo tempore in terræ pulverem collapzæ, que nil nisi bufones producere solent venenosos. Communiter quidem fuisse prædidio sepe custodia Angelica, & tamen per infernalium laterum manus pessime te tractatū esse video, & quod magis deplorandum est, hoc non obstante imaginaris tibi te melius, comodus, & benignius haberi à Dæmone, quam à Deo qui te plantavit. O te vere infelicem: Ceterum plate te in Saule velut in speculo; Deo namque dicitur: *Spiritus Domini recessit à Saul, & exortabat eum spiritus nequam.* 1. Reg. 16. Hic enim ut te totaliter dissipet, perdat, & ad extremum usque extremum reducat, in tuam perniciem accersit super te spiritus nequissimos, eisque præcipit, ut te dirissimis, quoad possunt modis affligant: *Pro equum & comprecedite, quia non est qui adjuvet,* Psalm. 70. Nunc nunc tempus est, ut ab errore commissio recugas & respicias; sicut enim cum Lyimacho temetipsum Cacadæmoni vendidisti, non pro unico Scypho, sed pro minima quadam voluptatula, ita exclamare quoque cogeres dolentem, & si fieri potest sanguineas ab oculis effundendo lachrymas dicere: *O quam brevis voluptas mea ex libero servum, ex Rege captivum fuit.* Valde mirum videbatur Appelli, Prothogenis in æstimabili in pretio semper habitas pectus, veluti pro nihilo vendi & distracti; longe autē magis obstupescendum est quod vinea inter omnia cœlestia mundi vitidaria, jucundissima & præstantissima; aut quod homo qui imago & similitudo est Dei pretio sanguinis infiniti valoris comparatus, sese pro nihilo Dæmoni vendat. Deus feliciteres in te seminat, tu autem optimum semen istud contemptus lolio suffocas. Agedum igitur in propriam excellentiam tuā oculos tuos dirigit, nec te jam deinceps ad vili pretio ætimato: *Agnosce dignitatem tuam & considera, quod divina confor, si factu natura.* Leo serm de nativitate Siltanus hic pat-

PARS SECUNDA.

Facile hic quis objicere poterit, nos homines tantæ dignitatis esse non posse, cum nihil quædam terra massæ vel moles esse videatur. Respondeo igitur me id ipsum nemquam inficari verum tamen certum est alicuius parte quod autum quoque sit de terra præcipuum, & tamen radii solis ea sunt virtutes præditæ, ut illud in metallum quoddam transformare possit valde pretiosum illudque in eam usque excellentiam extollere, ut in Regū vertice velut in Altari positum summam à Magnatibus & Regni proceribus accipiat venerationem: Sic quoque homo terra & pulvis est, per gratiam tamen celestem ita transformatur, ut quovis sit pretiosior & excellentior merito. Simo tantæ valoris ad ipsam Dei filio æstimatur, ut is certo quodam modo humanitatem adeo dignificare voluisse videatur, ut quasi partem cum divinitate gressu ambularet. Ejusce modi paradoxum coram vobis enunciatè mihi præfiterem, nisi id ipsum ex doctrina S. Hieronimi, hom. 6. de Pascha, desumptissimè; Hic enim Christum tanquam Deum in opere Receptionis considerans, dixit: *Vide Deum manifestum in partum meum quando quidem tam vultu manere ipsa redemptio agitur, ut homo Deum vultu videatur.* Porro videtur mihi hyperbolon quandam sapere, si quis dicat hominem Deum valere, & in pari cum Deo æquilibrio procedere. Unde illud non ex ultimo adhibere intelligendum esse, sed in eo modo quem statim intelligitis. Deus etenim tunc se patens in Exodo manifestasse noscitur, quædam Moysi locutus est dicens ei: *Ego sum qui sum Exod. 3.* quibus verbis esse suum æternum & immutabile exprimitur: ac verò ubi cum hæc loquebatur, stetit exultimatis: *Arabo.* Nunquid congruentius se exhibuisset spectandum in magnifico quodam Thoro, si verteregio solo, vel etiam super Angelis, scabelum quoddam, siue sedem sua maiestate condignam efformantibus sedentem: aut si metus erat ut forte Moyses ex visione adeo magnificam consuetaretur, cur non potius loco ubi elegit arborem quandam jucundissimè virentem, floribus & fructibus onustam, ad cuius conspectum exultaretur potius quàm perterritus? Ne quaquam id facere, sed potius spinosam quandam arborem eligere voluit. Et ecce tibi per Gregorium Nyssenum apertum & perspicuum mysterium, Arbor etiam hæc

spinosa humanitatem figurabat pœnalitatem spiritus eidem annexi obseptam. Voce quidem tenus Moysi divinitatem suam revelaverat, non tamen videbatur id Deo sufficere, nisi eidem quoque figuram saltem ostenderet suæ humanitatis suo tempore assumenda; quasi hanc non minoris quàm illam faceret: *Deus est veritas, quæ tunc in verbis à Moysè visa est, quæ quidem veritas à rubo, ipsoque spinoso est humanitatem videlicet Salvatoris affulgens, ad cognitionem sui per Evangelicam nos subam vocaret: noluit igitur divinitatem suam manifestare sine confortio suæ sacratissimæ humanitatis.* Ob eandem quoque rationem credo Deum præcepisse Hebræis, ut Agnum devorarent, & quidem specialiter pedes, & caput: *Caput cum pedibus eius adorabitis Exod. 12.* Porro S. Gregorius Nazianzenus per hunc agnum verbum incarnatum, per caput verò divinitatem, per pedes verò humanitatem intelligit: ideoque dicit Deum per hoc præceptum indicare voluisse, Christum à nobis ut Deum pariter & ut hominem considerandum esse; Neque enim caput sine pedibus usquam esse debet, nec divinitas sine humanitate, quodque unum respicientes oculos nostros non declinamus ab altero, sed potius dum eum adoramus ut Deum, eum quoque reveramur & veneremur ut hominem: *Ad caput usque ad pedes, hoc est, primas de divinitate contemplationes, postremas incarnationis meditationes habeamus.* Sic quoque Joan. cap. 1. Christus Jerusalem ingressus, & ad templum perveniens manum suam ad funiculos colligendos extendit, & flagello inde sibi confectio, percutere cœpit ementes in templo & vendentes: *Cum fuisset quasi flagellum de funiculis, &c.* Joan. 1. & postea subjungit, quod eos reprehendendo dicit: *Nolite facere domum Patris mei domum negotiationis.* Quibus verbis dum se æterni Patris filium vocat, se quoque Deum esse demonstrat: hoc tamen minime contentus suam quoque honorare voluit humanitatem, se quoque hominem esse demonstrando; quando paulò antè Capharnaum ingressus fratres suos, id est, cognatos, suamque matrem in una secum societate habuit: *Post hæc descendit Capharnaum ipse, & mater ejus, & fratres:* hacque ratione eodem profus tempore divinitatem pariter & humanitatem honoravit; Estque hæc specialis quædam Alcuini ponderatio dicentis: (Aperite se filium Dei Patris ostendit, qui templum

Greg. Nazianzen. orat. 42. de Nativ. Domini.

Handwritten notes in the right margin, including the words "F. 177" and "medicab", along with other illegible scribbles.

plum Dei domum sui Patris cognominat, & rursum verus hominis filius constituitur, descendens in Capharnaum Matrem comitem habuisse perhibetur.)

19. Porro tres Orientis Reges è suis regionibus discedentes noviter natum Regem inquirunt, cui ut debita servituti penderent tributum, tria secum novo Regi offerenda munera deferunt, scilicet aurum, thus & myrrhā, munera profectō dignissima, sed non paucioribus mysteriorum divitiis referta. Etenim S. Maximus eos ad hæc munera offerenda cælitus inspiratos fuisse dicit: *Hæc autem offerri Christo, non Magorum arbitrium, sed inspiratio Omnipotentis elegit.* Et quidem aurum ei tanquā Regi presentatur, incensum vel thus veluti Deo, & tanquam homini myrrham. Ita Remigius in Car. D. Thom. ibidem. *Regem, ait: Deum est hominem prædicant.* Verum enim verō myrrhā istā in quem finem adhiberi debebat. Num fortē Magi meruebant, ne Christus recens natus utillaretur nonnihil à vana gloria, dum se à tribus Orientis coronis adorationis divino honore affici videret, ut proinde antiquæ in coronationibus Regum usitæ consuetudinis memores, dicere ei vulerint: *Memento te esse mortalem?* Siquidem myrrhā mortem manifestè representat: *Et in myrrhā Dominicam sepulcrum?* nequaquam hæc Magorum intentio fuit, sed potius operæ precium forarum esse sibi persuaserunt, si eum tanquam Deum pariter, & tanquam hominem adorarent, & obsequerentur præter divinitatem ejus etiam sacratissimæ humanitati, illam per aurum & incensum confiterentes, hanc verò per myrrham. Afferit id ipsum S. Gregorius hom. re. ib. dum ait: *Offeramus thus, ut credamus, quod is qui in tempore apparuit, Deus ante tempora existit, offeramus myrrham, ut eum, quem credimus in sua Divinitate impassibilem, credamus etiam in nostra fuisse carne mortalem.*

20. Christus pro peccatis totius mundi mortuus, in capite trium dierum denuò à mortuis resurrexit. Moveri autem difficultas aliqua circa hoc solet, eum scilicet non subito postquā in Cruce mortuus fuit, resurrexerit? vel mox ut repositus erat in sepulchrum? Cur resurrectionis triduo tardat & moratur, aut eandem resurrectionem non diutius vel longius differt? Jam etenim redemptionis nostræ mysterium consummatum erat, quia Christus de factō dixerat: *Consummatum est,* Joan. 19. atque

ideò una cum aliis mortuis in novissimo iudicii die resurgere poterat. Responder. S. Thomas Christum adeò cito resurgere voluisse, & adeò cum aliis in novissimo die, ut se Dei filium esse contestaretur: verumtamen etiam triduo resurrectionem suam deferre, & suspendere voluit, ut se hominem etiam esse probaret, adeoque utriusque tam divinitati quam humanitati suæ honori debitum redderet: *Ad hæc quod confirmaretur fides de veritate divinitatis ipsius portabat, quod cito resurgeret & ejus resurrectionem non differretur usque ad finem mundi. Ad hoc autem quod confirmaretur fides de veritate humanitatis ejus, oportuit moram esse inter mortem & resurrectionem.* Idemque Angelus tribus Mariis ad sepulchrum visitandum abeuntibus dixit: *IESU M. quartus Nazarenus crucifixus resurrexit.* Quibus verbis in quantum resurrectionem ejus exprimebant Christum prædicavit tanquam Deum per crucifixionem autem ipsum ostendit fuisse verum hominem; ut hac ratione præsentissimæ illæ mulieres gratias celo referrent, pro adde ingenti beneficiis, recognoscendo ipsum tanquam hominem qui etiam Deus est. Sic quoque observatur quod quotiescunque Christus opus aliquod præcebat, quod ad Deitatem potius quam humanitatem pertinebat, nunquam se Filium Dei, sed filium hominis appellavit, prout ex variis Scripturæ locis facile deducere nobis licet: *Vt sciamus quia filius hominis habet potestatem dimittiendi peccata. Videbunt filium hominis venientem in nube. Mittere filium hominis Angelos suos. In nube apparere, res est ad Deum propriè spectans. Mittere & imperare Angelis ad divinam attiner jurisdictionem, eorum igitur talia opera præstans se Filium hominis appellat potius, quam filium Dei. Respondet Abulenſis Christus id fecisse, ut humanitati partem honorificentie suæ tribueret, ejus namque reputationi congruebat, tam se Deum quam hominem esse probare: (Quando Christus faciebat magna, vocabat se filium hominis, & hoc fiebat ad honorem naturæ humanæ, quod talia fierent per eam, vel ab eo qui hoc erat.)*

21. Probè quidem scio, quod divinitatem cum humanitate conferre, idem sit quod tenebras cum luce, vel terram auro comparare; nihilominus si mihi licitum esset, dicere utriusque quod licet Deus sit perfectissimus, imò ipsissima perfectio in abstracto, sic qua nequaquam futurus esset Deus, nihilominus, si aliquam alterationem

denorem perfectionem vel excellentiam recipere possent, hanc utique per nostram acceptationem esse humanitatem. Unde S. Pater Augustinus in Nat. Dom. diem illum quo Verbum caro factum est, celebrando, dixit: *Es legi sibi in quo nascatur diem que facti omnem diem: Et sine sine gratia: alati: nu: a teris est diem habet adu: digni: hic diem, in quo Deus (obliviscis velim) in hominem de: sur fuisse peruenit. Quodam oblecto promotum esse propterea significat: nimirum transire ab una dignitate ad aliam majorem, sicuti ab esse Religiosi ad esse Episcopi, ab Episcopatu ad Cardianatum, atque ideo Papa dicitur habere seu habuisse promotionem Episcoporum, Cardinalium, &c. Deus igitur in hunc mundum venit, ut in utero Mariæ ad hominis excellentiam promoveretur, quod accidit, dum: Verbi in caro factum est Joan. 1. Porro verbum incarnatum à Gregorio Nazianzeno orat. 38. alter quidam Melchisedech appellatus fuit, de quo dictum est: *Sine patre, sine matre.* Enimvero Christus Melchisedech similis exitit, quia sine matre in generatione æterna, & sine patre in generatione temporali. Hanc Nazianzeni doctrinam Niceasina comment. ibi. ita explicat: *Primum enim filius DEI similitudo tantum ex parte**

Melchisedech erat, quatenus matre carebat, at post à quoque Patri expers factus, perfectus jam est Melchisedech. Quando nostram humanitatem sine patre in generatione temporali assumpsit, tunc complete factus est alter Melchisedech: *Perfectus est.* Atque ideo S. Joannes de Verbo ante suam Incarnationem loquens dicit: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum: at verò postea cum factus est homo: Verbum caro factum est.* Antea erat Verbum: postea autem caro factum est; sed quænam est inter hæc duo verba: *Erat,* & est, differentia, *Phidias* ad pedes cujusdam imaginis Jovis scripsit: *Phidias Carmina filius Atheniensis ma fecit.* Idem quoque Protogenes facere solebat subseribendo picturæ Cupidinis à se factæ: *Proteogenes fecit,* in tempore perfecto, eo quod opera essent quibus in iis quæ perfectionem eorum commendare poterat, nihil omnino deest. Porro Verbo, priusquam incarnaretur, deesse videbatur aliquid, nescio quid, ac proinde *Verbum erat,* Joan. 1. in tempore imperfecto: at verò postquam incarnatus ad nostram est humanitatem promotus, tandem pervenit ad non plus ultra excellentiæ: *Verbum caro factum est:* Et ego attingi *non plus ultra* prærogativarum vineæ nostræ Evangelicæ. Abite in pace.

SERMO DECIMUS SEXTUS.

IN DOMINICAM III

QUADRAGESIMÆ.

Erat JESUS ejiciens Demonium, & illud erat mutum. Lucæ cap. 5.

Quod si quis mihi persuaderet melius esse loqui quam tacere, semper loquar & nihil aliud facere vellem: Quod si quisitem me certificarer, melius & prorsus esse tacere quam loqui, hoc me perpetui silentii condemnarem. Quædam oblecto, rei hujus veritatem: videtur enim mihi quod loqui sit pars hominis practica, maximaque necessitatis: siquidem natura, quæ perfectonem intendit, quando non est à peregrino aliquo accidenti impe-

ditæ, nasci nos facit cum organis proportionatis & dispositis ad profertendum sermonis accentus: & quisquis loquendi facultate est privatus, creatura imperfecta censetur: Sic quia divina majestas bonum esse judicavit, hominem videre, moveri & operari, pedes ei manus & oculos dedit: unde si censuisset non esse bonum nos loquendo exerceri, utique linguæ instrumentum datura non fuisset. Imò dator omnium bonorum Deus, sciens loquelam esse prærogativam quandam non vulgarem, & gratiam